bum *abnegetur*, ſacramenta *proſtituantur:*

42. puta 1. *per tyrannidem* in addendo, 2. *per contentionem* in negando, 3. *per diſſolutionem* in peccando etiam contra confeſſa dogmata.

43. Utque iſta ſigna *plenius* & *perfectius* alicubi inveniuntur: ita veriorem illam eccleſiam agnoſcere,

44. & cum illa ad ſanandas alias *communicare* neceſſe eſt.

QUÆSTIONES.

1. *An Papa Romanus ſit caput univerſalis eccleſiæ militantis?* N. 1. ob *defectum probationis* ad hanc rem neceſſariæ; cùm neque *ſucceſſio in locum Petri*, neque in Petro ipſo *ratio capitis* propriè, ſeu poteſtas monarchica oſtendi poſſit: ſed *ratio exempli* duntaxat, & *anteceſſoris inſignioris*; tum *in officio* illorum, qui ædificant, quatenus eſt confeſſus, quod confitebantur & cæteri, & debemus omnes confite-